Prefatio Roberti translatoris ad dominum Petrum abbatem cluniacensem in libro legis saracenorum: quem Alchoran uocant. i. collectionem preceptorum. quam Maumet per angelum Gabrielem quasi de celo sibi missa fecit.

DOMINO petro cluniacensi Abbati Robertus retenensis suorum minimus indeo perfecte gaudere. Ubi sepius atque sero percepi qualiter que tuus animus solius boni studiosus sitiuit sterilem paludem saracene secte non dum uise ferilem efficere: fluminaque puteum exhaurire propugnandaque prorsus dirimere. Ego peditis tantum officio pre uis functus uias et aditus diligentissime patefeci. Quis enim gressum dilatabit? Quis non acussime curret: ut hostis errorem ipsumque uictum. Semetipsum autem tenere sententiam ueluti firmam atque uictricem agnoscat. Latinitas tamen omnis huc usque non dicam pernitiosis incommodis ignorantie negligentie pressa suorum hostium causam & ignorare & non depellere passa est. Tua uero prudentia sanctissimos ecclesie doctores semper aspiciens: hoc nullatenus noluit. Cum illum itaque patrem atque doctorem, cuius omnis hereditas omni pro sua facultate uenalis statuitur tu discipulus atque filius in uteris nusque alias reflexus. Speraui me scilicet omnium tuorum minimum tuam gratiam promereri posse si mundani somni militieque uoto postposito tuis studiose nutibus inuigilarem. Unde quamquam te uelut alumnum & heredem sapientie cohors sapientium circumflua consuper suas manus tuis nutibus benigne conferens: quorum conuentu me minime dignum adhuc sentio. Uerumtamen munusculum puteum presignatum pandens saltim semel non oblique: tuus intuitus queso dignetur aspicere.

http://digital.slub-dresden.de/ppn330783254/74